

QVÆSTIO XXXIV.

SVMARIA.

Ex Claro.

Vasallus an possit renunciare feudum in manibus domini, ipso inuito.

ADDITIONES.

Domino inuito.] Adde, atque vide per Tiraquellu de retract. nunci. §. 34. gloss. prim. sub numero sexto, limita etiã, nisi vasallus iurasset ad sacra Dei Evangelia, non cõtrafacere, & non contrauenire: quia tunc non possit refutando se liberare ab homagio, seu fidelitate. Ita per Baldum in capitulo quæ in Ecclesiariis, de constitut. quem refert, & sequitur Iacob. de Sancto Georgio, in Tractatu de Rhojd. seu opetis, numer. 42. 43. Idem quod feudum vasallus possit renunciare inuitis dõibus domini tradit etiam Iacob de Sancto Georgio in suis quaestionibus feudilibus, quaestione 14. numer. 22. & uide per Cassian. Pute. in additione ad Practic. Papiens. tit. feudum, Gloss. nec superstitibus addi, quia refutatio: ubi quid in feudo ligio, & quid in franco, & quid in emphyteuta, vel vasallo, & quid si iuratum fuit, & promissum non contrauenire, & de alijs vide. Et de vasallo protestante, & renunciantis iuri vasallagij propter retardatam seruitiorum remunerationem, vide per Afflicium decis. 307. & Orsi. Vasallus tamen renuncians feudum in manibus domini, haud præiudicat filijs, ad quos post renunciantis obitum redire debet per Cephalu consilio vigesimonono, numero 2. Giach.

An vasallus possit renunciare feudum in manibus domini, ipso domino inuito.] Quod feudum vasallus indistincte domino etiam inuito refutare, siue renunciare, & cedere possit (nil remorante contraria Clari nostri, & alio-

QVÆST. XXXIV.



Verò, an vasallus possit renunciare feudum in manibus domini ipso domino inuito? Resp. quod super hoc articulo varia sunt Doctorum opiniones. Aliqui enim tenent, quod vasallus possit, etiam inuito domino, feudum renunciare, dummodo id ipsius domini intersit: & videtur tex. in cap. 1. de vasallo qui contra constit. Lothar. & dicit Abb. in c. qua in Ecclesiariis, nu. 19. de constit. quod ita communiter tenent Doctores. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Curt. iun. de feud. in quarta parte, in ultima causa amissi, feu. in 31. q. prima regulæ, quia cum principaliter feudum concedatur fauorem inuestiti, merito videtur ei licere debere favori suo renunciare. Contrariam autem opin. scilicet, quod imò nõ possit, tenet Bart. in l. is cum quo circa prin. ff. de aqua plu. arc. & dicit Alex. in l. si quis vi. §. si. in. 14. in fin. ff. de acquir. poss. quod ita magis communiter tenetur, licet super isto articulo multa scribatur. Et hæc opinio mihi magis placet. Cum enim feudum sit contractus nominatus, & vltro, citroque obligatorius, non debet esse in facultate unius, alio inuito, ab eo recedere. Effet tamẽ forte tutius tenere distinctionem, quã sensu gl. in c. 1. in gl. fin. de Cap. qui cur. vend. ut scilicet dicamus, quod quando pro feudo præstatum certum seruitium, eo casu nõ possit vasallus inuito domino ipsi feudo renunciant: si vero feudum sit concessum simpliciter ad seruitium incertum, tunc possit renunciant.

Et post talem renunciationem possit offendere dominum. Et an possit talem renunciationem facere in præiudicium agnatorum.

Ex Additionibus.

An vasallus feudum suum domino inuito refutare, siue cedere possit. An, & quatenus isthæc refutatio agnatis ipsius vasalli præiudicet remissive.

Et illam gl. in hoc esse communiter approbatam attestatur Iac. in verbo, qui quidem inuestiti, nu. 29. & in verbo Et vnus ex dictis, nu. 1. Ita etõ communiter tenent affirmat Albertus in l. cum fructuarius, ff. de usufruct. Fel. in d. c. qua in Ecclesiariis, nu. 78. & seq. dicit etiam Mol. in consuet. Paris. feud. §. 1. glo. 5. num. 3. quod ita distinguunt communiter DD. Idẽ dicit Zas. de feud. in 10. parte, in princ. 2. part. cull, qui etiam in 12. particula, vers. Secunda conclusio, dicit hanc esse communem opin. Et ideõ licet vasallus derelinquat rem feudalem: non tamẽ propterea liberabitur a præstatione seruitij, quod pro ipsa re præstare tenebatur. Et ita esse commun. opin. attestatur Alb. in l. sed an vltro, §. is autem vers. 1. item alleg. ff. de neg. gest.

Sed posito, quod possit renunciare: Quæro, nunquid poterit vasallus post talem renunciationem offendere dominum? Resp. quod nullo modo debet eum offendere, propter reliquias præcedentis vasallagij, & amicitia, & si secus faciat, debet puniri. Ita dicunt omnes Doct. ut dicit Iacob. in verbo, Et vnus ex dictis, nu. 1. in fin.

Et hæc quidem omnia procedunt, quatenus ipsa renunciantio potest cõcernere interesse ipsius domini directi, vel præiudicium ipsius vasalli renunciantis. Sed nunquid talis renunciantio præiudicabit agnatis ipsius vasalli, quando scilicet feudum est antiquum, seu paternum? Resp. quod non præiudicat. Ita tenet Bald. in c. 1. in princ. nu. 3. de alien. feud. pater, quem omnes sequuntur, ut dicit Iacob. in verbo, Et vnus ex dictis, post nu. 8. vers. Addit in quantum. Non enim potest vasallus tollere agnatis ius illis quæsitum ex tenore primæ inuestiturae, & proueniens ex pacto, & prouidentia primi acquirantis, ut sæpius dixi. Et ideõ, dato etiam, quod huiusmodi renunciantio feudi valeret, non tamen amplius dicitur in præiudicium agnatorum, quam si ea non facta feudum remansisset penes ipsum renunciantem. Et in hoc omnes cõcordant, ut dicit Cuman. cons. 167. nu. 2. Et sic enen ente casu feudum nihilominus aperitur agnatis, quam si per illum vasallum aliqua renunciantio facta non fuisset.

rum quorundam sententia) tenent plerique e recentioribus, per textum generaliter loquentem in tit. 38. libro 2. F. Sonsbecc. in Commentar. in vltus feud. par. 12. nu. 116. Mynsing. centur. 5. obseru. 65. nu. 7. Mozz. sub titulo ex quibus caus. feud. amit. numer. 8. Borcholt. in Commentar. in constit. fen. cap. 8. numer. 53. Vult. lib. 1. de feud. cap. 10. num. 76. & Rosenthal. in tract. feud. c. 9. mēbr. 1. conclusio. 50. nume. 5. alijque plurimi, per hunc citati. Harpr.

Sed nunquid talis renunciantio præiudicabit agnatis ipsius vasalli. An, & quatenus vasallus sine consensu agnatorum domino feudum refutare, & cedere valeat, & quatenus isthæc refutatio, siue renunciantio agnatis vasalli præiudicet, post Clarum nostrum, & alios, latius exponunt Vulte. dicto libro primo, capit. 10. num. 76. vers. siue autem volente, &c. & Rosenth. d. cap. 9. conclus. 52. num. 2. & seq. Harpr.

QVÆSTIO XXXV.

SVMARIA.

Ex Claro.

Vasallus an possit rem feudalem sine consensu domini pignori dare, vel hypothecare.

Ex Additionibus.

Nunquid res feudalis a vasallo pignori dari possit. Omnis alienatio feudi regulariter prohibita. Pignoris alienatio qualis. Emphyteuta & oppignorare licet rem emphyteuticam, & usufructuario ius suum fructuarium. Argumentum ab emphyteuta, & usufructuario ad vasallum quatenus procedat. Num vasallo hypothecæ datio sit prohibita. Proprietati verborum in dubio standum. Pænalia, & odiosa magis restringi debent interpretatione, quam ampliari. Qua feudi alienatio sit vasallo interdictum. Hypotheca constituitur nuda conuentione. Cessante dispositionis sine, cessat etiam ipsa dispositio. Venditio vasallo nequaquam permissa.

Alienatione prohibita, id etiam prohibitum videtur, ex quo sequi alienatio potest. Prohibitio alienationis odiosa, ac proinde restringenda. Anne, si feudi dominus in oppignoratiõnem consenserit, & postea, vasallo sine liberis mortuo, feudum ad ipsum dominum redierit, dominus satisfacere creditoribus teneatur. Consentiens contractui, super re aliqua initio, censetur renunciant iuri, quod in re ista habuit. Semel consentiens, huic consensui iure contrauenire nequit. Dominus feudi rata habere tenetur ea, quæ ipsius consensu in feudo gesta, siue alienata sunt. Oppignoratiõnem reale constituitur. Pleraque secundum subiectam materiam accipienda. An, & quatenus omnis conuentio intelligatur, rebus sicstantibus. Consideratio c. 1. §. etsi clientulus, de alien. feud. tit. 13. lib. 1. F. Omnis definitio, siue regula periculosa. Consensus an, & quatenus iuri proprio ipsius consentientis præiudicare non soleat. Natura contractus pignoris quæ. Consensus a domino feudi oppignoratiõni prestitus, etiam ad iuratas extenditur. Sententia l. quæro 54. in princ. ff. locat. Instantia dilatur. Pignus est contractus bonæ fidei.

ADDITIONES.

Pignori dare.] Hic scias regulam esse, rem feudalem pignori dari extraneo posse, absque consensu domini: vide Duen. regul. 220. Giach.

Nunquid vasallus possit rem feudalem alteri pignori dare? Quod vasallus feudum suum iure pignori dare nõ possit, feudorum placitis diserte decisum est, cap. 1. circa princ. ibi, vendere, vel pignori dare, de prohib. feud. alien. per Frider. tit. 55. lib. 2. F. cap. 1. §. aut si liberatio ibi, pro pignore plus medietate obligauerit, quibus mod. feud. amit. tit. 5. lib. 1. F. cap. vnic. §. fin. ibi, nam nec pignus, de inuestitura de re. al. fact. tit. 8. lib. 2.

F. Eiusque ratio non obscura est: quia tã omnis alienatio feudi regulariter prohibita censetur tit. 52. in princ. vers. per multas enim, & dicit. tit. 55. in princ. vers. habito ergo consil. lib. 2. F. Atqui tã pignoris datio est alienatio. l. vltim. ibi, vel pignoris nexum, C. de reb. alien. non alienand. alienatio, inquam, talis, qua possessio ad alium, puta creditorem, transiit, si rem, alienam 9. §. propria. 2. l. cum & sortis. 35. §. 1. & l. debitor. 40. ff. de pignorat. act. l. per seruum 37. in princ. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. §. per seruum. 15. & l. qui pignoris. 36. cum l. seq. ff. de acquir. vel amit. poss. Licet quoque causam ufticapiõnis, debitor rem oppignoratam possidere dicatur d. l. 1. §. per seruum. 15. ff. eod. l. serui nomine. 16. ff. de usurpar. & ufticap. D. Bocer. class. 5. disput. 19. th. 65. ad lit. F. edit. 2. & in tract. de iure, & commo. senior. &c. lib. 2. cap. 6. nu. 159.

Nec obstat, quod tã emphyteuta rem emphyteuticam oppignorare possit. l. tutor. 16. §. fin. ff. de pignorat. act. l. lex uecãgali. 31. ff. de pignorb. & hypoth. & usufructuario permittatur usum fructum pignori dare. l. si is, qui. 11. §. 2. ff. de pignorb. & hypoth. §. minus autem. 1. in fin. Instit. de usu, & habitat. l. 1. uerf. sed si uos. C. si pignus pignori datum sit. Nam tã argumentum ab emphyteuta, & usufructuario ad uasallum non procedit, quoties aliquid diuersi in uasallo iure feudali expresse statutum reperitur, argum. cap. 1. uerf. legum autẽ Romanarum de feudi cognit. tit. 1. lib. 2. F. Sed & diuersa horum ratio est. Etsi enim fundus emphyteuticus, seu fructuarius oppignoratur, nihil tamen fit contra finem emphyteuticos, aut usufructus. At feudo oppignorato, finis feudi, ad quem constitutum est, domino plane interuenitur: quandoquidem uasallus feudo priuatus, non amplius poterit domino seruitia feudalia, ob quæ feudum constitutum est, præstare; argum. d. tit. 2. uerf. per multas. ibi, ac ita omnibus exhaustis, & d. tit. 55. in princ. ibi, unde debita seruitia amittebant. lib. 2. F. Harpre.

QVÆST. XXXV.

Quæro, nunquid vasallus possit rem feudalem alteri pignori dare, vel hypothecare sine consensu domini? Respondeo, quod non.

Vel hypothecare sine consensu domini.] Feudum tã nec pignori, nec hypothecæ dari posse, præter Clarum nostrum, opmatur Iacob. de Ardizone in summa feud. cap. 116. Martin. Laudens. in cap. 1. §. 1. num. 11. de prohib. feud. alienat. per Frider. tit. 55. lib. 2. F. Iacob. Petr. de condict. ex mor. pro feud. apert. num. 3. Sonsbecc. in Cõment. in vltus feud. par. 12. nu. 100. Vult. teius lib. 1. de feud. capit. 10. num. 43. Hackelm. disput. 12. coronid. 1. Matt. Stephan. centur. 3. quæstio. 3. & Rodingerus lib. 1. variar. lectio. iuris feud. cap. 48. num. 7. & seqq. Verum contrariam sententia, quod uidelicet vasallus impune feudum suum hypothecæ dare possit, ueriores esse, non sine rationibus concludunt Bald. in d. cap. 1. §. 1. num. 17. de prohib. feud. alienat. per Frider. & ibidem Aluarot. num. 2. Curt. iun. de feud. part. 4. num. 95. Frider. Schenck. in d. cap. 1. §. aut si libellario, quibus mod. feud. amit. Vtriusq. in pract. obseru. de feud. obseruat. 18. Hartman. Hartmani de feud. obseruat. 20. Z. in epitom. feud. part. 9. num. 18. Fichard. consil. 5. num. 5. vol. 1. D. Bocer. d. class. 5. disput. 19. th. 68. & d. tract. de iur. & commo. senior. lib. 2. cap. 6. num. 167. & seqq. Borcholt. in Commentar. in consuetud. feud. cap. 8. num. 60. cum seq. Ioan. Niell. in disput. feud. 6. the. 7. Rosenthal. in sinopf. feud. cap. 9. conclus. 15 & in tract. feud. cap. 9. conclus. 14. nu. 1. & seq. alijque ab eo laudati. Primo enim nusquam hypotheca feudi, sed semper nominatim, & in specie pignus prohibetur, dicit. tit. 55. in principio lib. 2. F. & simil. Quare tã cum proprie aliud sit pignus, aliud hypotheca, l. si rem alienam 9. §. proprie 2. ff. de pignorat. act. l. plebs 238. §. pignus, ff. de verb. signif. §. item Scruiana 7. Instit. de actionibus proprietati tã verborum in dubio standum, & adherendum erit, non aliter 69. in principio, ff. de leg. 3. Idque maxime hoc casu fieri debet, ubi in materia odiosa versamur: si quidem propter oppignoratiõnem, in scio domino factam, vasallus feudo suo priuatur. Pænalia tã autem, & odiosa interpretatione magis restringi, quam ampliari debere, exploratum est, l. cum quidam 19. ff. de liber. & posthum. hæredib. in situ. l. si fuerit. 10. in fin. ff. de reb. dub. l. si præses 32. in fin. & l. interpretatione 42. ff. de pœn. l. semper in dubijs 56. l. factum 155. §. vltim. l. rapienda 168. & l. ea, quæ 192. §. 1. ff. de regul. iur. capit. odia. 15. de regul. iur. 10 in 6. Deinde tã ista duntaxat feudi alienatione interdictum est uasallo, qua possessio prædij feudalis transfertur, dicit. cap. 1. §. callidis in super. ibi, feudum uendunt, & in alios transferunt. de 11 prohib. feud. alien. per Frider. tit. 55. lib. 2. F. At tã per hypothecam non transfertur possessio: cum nuda conuentione constituitur, dicit. l. si rem alienam 9. §. 2. ff. de pignor. act. l. contra-



contrahitur 4. ff. de pignor. & hypoth. dict. §. item seruiana 7. uersic. nam pignoris. Institut. de actionib. Præterea uasallo interdicitum est illa feudi alienatione, per quam ipse feudi redditus amittit, unde amplius domino debita seruicia, utpote iam alimentis destitutus, præstare commode non possit. cap. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. circa princip. ibi, ac ita omnibus exhaustis, &c. d. tit. 52. lib. 2. F. & d. tit. 55. in princip. ibi, unde debita seruicia amittentur. lib. 2. F. Sed per hypothecæ constitutionem uasallus non amittit feudi redditus: cum possessionem feudi, adeoque huius possessionis commodum, quod est fructuum perceptio retineat. l. Fulcinius 7. §. ultim. ff. 12. quib. ex caus. in posses. eat. Igitur cessante dispositionis sine in hypotheca, cessabit etiam ipsa dispositio, arg. l. in omni. 13. ff. de adoptionib. l. ex facto, 43. in princ. ff. de vulg. & pupill. substit. l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patronat. cap. cum cessante. 60. ext. de appellationib.

13 Nihil refragatur huic sententiæ, quod per hypothecæ donationem peruenitur ad rei venditionem. l. 2. 3. & 4. C. de distract. pignor. tit. ff. de distract. pign. & hypoth. quæ uasallo nequaquam permissa est. dict. tit. 55. in princip. uers. habito ergo.

14 lib. 2. F. & prohibita alienatione, id etiam prohibitum intelligitur, ex quo sequi alienatio potest, argum. l. oratio, 16. ff. de sponsalib. l. ad rem mobilem. 56. & l. ad legatum. 62. ff. de procuratorib. Menoch. conf. 116. num. 15. & seq. Nihil, inquam, illud refragatur. Quoniam procedit in alienatione simpliciter prohibita, non itidem in ea prohibita alienatione, qua ipsa rei possessio in alium transfertur; qualis est prohibita feudi alienatio, ut qua uasallus commode fructu feudi priuatur. De qua feudi alienatione cum feudorum placita tantum loquantur: de alia quauis alienatione minime sunt accipienda: præsertim, cū prohibito alienationis sit odiosa: prouideque, in quantum fieri potest, restringenda, argum. Nouell. 108. in præfat. §. nos igitur 2. uers. nouimus igitur, &c. Tiber. Decian. respon. 78. num. 37. vol. 3. D. Bocerus tract. de iure, & commo. de senior. lib. 2. cap. 6. nu. 182. & seq. ubi & alijs obiectionibus occurrit. Videri quoque poterunt, quæ annotauimus in §. creditor. 4. Instit. quib. mod. re contrahit. obligat. num. 177. & seq.

16 Addenda hoc loco illa controuersa quæstio est: nunquid, si feudi dominus in oppignorationem consenserit, & postea uasallo sine liberis mortuo, feudum ad ipsum dominum deuolutum fuerit, illa firma maneat, sicque dominus satisfacere creditoribus teneatur? Et satisfacere teneri (ut reclamant Matthæus de Afflict. in cap. 1. qui successores teneantur in vrb. feudor. Cacheran. decis. Pedemont. 156. num. 6. & 14. Z. in Epit. feud. par. 6. num. 27. & par. 9. num. 8. & 39. Bursatus consil. 80. nu. 26. & conf. 171. & alij ab eo citati.) plures rationes euincunt. Tum quia clarissimi iuris est: quod is, qui consentit contractui, super re aliqua initio, hoc ipso censetur renunciare iuri, quod in re ista habuit. l. seruus communis 38. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. apud Celsum. 4. §. quæstum 12. ff. de doli mal. & met. except. l. 2. C. de remis. pignor.

18 Tum quia exploratum & hoc est, cum, qui semel consensit, huic consensui iure contrahere non posse, sed eo nomine perpetuo deuinctum esse, argum. l. per fundum 11. ff. de seruitut. rustic. prædior. l. in diem 8. ff. de aqua. & aqu. pluui. arcend. l. de accessionibus 14. §. fin. ff. de diuers. & temporal. præscript. l. 1. §. prodest. 14. uers. unde si quis, ff. quod legator cap. quod semel. 21. de regul. iur. in 6. Tum quia magis in specie de domino feudi traditum est: quod ea, quæ ipsius consensu in feudo gesta, siue alienata sunt, rata habere teneatur, non solum tum, quando feudum adhuc a uasallo possideretur, sed vel maxime etiam, quando uasallo defuncto, feudum sibi apertum fuerit cap. 1. §. etsi clientulus uers. si uero de alienat. feud. lib. 1. tit. 13. feudor. Et licet feudum per oppignorationem non plane alienetur, sicuti per venditionem: tamen eadem ratio in oppignoratione, quæ in venditione, imò maior esse videtur. Nam si alienatio stabilis ac firma permanet in præiudicium domini consentientis: multo magis firma debet manere oppignoratione, quæ minus præiudicij domino adfert. Tum postremo quia idem suadet ipsa natura negotij. Siquidem oppignoratione constituitur ius reale, quod cum re ipsa transit, ad quemcunque ea peruenerit. l. si fundus 16. §. in vindicatione, ff. de pignor. & hypoth. Dominus itaque consentiendo oppignoratio-

ni, censetur se ad naturam illius rei conformare, & tale ius in feudo constituere uoluisse, quod feudum semper comitetur, 21 tamen istud ad ipsum dominum reuertitur fuerit. Sicut enim plerumque alia, ita etiam consensus domini secundum subiectam materiam, & naturam actus, siue contractus, super quo adhibetur, id est, pignoris, adeoque secundum dispositionem iuris est accipiendus, argum. l. insulam, 6. ff. de præscript. uerb. l. si stipulatus, 4. in princip. uers. uerum si empiror, ff. de uisur. l. damni, 43. in princip. uers. & quod in stipulatione, ff. de damn. infect. l. si cui, 9. ff. de seruitutib. & l. quaquam, 62. ff. de rit. nupt. ita nimirum, ut maneat pignus, donec debita pecunia creditoribus offeratur, soluaturque ijs modis, quibus iure constitutum est, tot. tit. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. Atque ita, post Andream de Isern. à se laudatum, sentiunt, & docent Marinus Freccia lib. 2. de auctorit. & potest. regis erga subfeudatarum, auctorit. 29. num. 8. uers. fallit etiam hæc regula, &c. Hartman. Pistor lib. 2. part. poster. quæst. 48. num. 14. cum seqq. Fachin. lib. 7. controuerf. iur. cap. 56. Vult. lib. 1. de feud. cap. 10. num. 70. Rudinger. lib. 1. var. lection. iur. feud. cap. 69. num. 2. cum seqq. & Hackelman. disput. illust. quæst. 12. coronid. 2.

22 Non obstat huic conclusioni, quod regulariter omnis promissio, & conuentio intelligitur, rebus sic stantibus, siue in eodem statu permanentibus, l. quæro, 54. §. inter locatorem, ff. locati, l. quod Seruius, 8. ibique gloss. super uerb. potest. ff. de condit. caus. dat. caus. non secut. l. continuus, 137. §. cum quis, 6. ff. de uerb. oblig. l. ex facto, 43. in princip. ff. de vulg. & pupill. substit. l. cum quis, 38. in princ. ff. de solutionib. lare Tiracquel. ad l. vnam, 8. C. de reuocand. donat. in præfatione numer. 167. Ideoque consensus domini, super oppignoratione interpositus, locum habere, & præiudicare domino creditur, rebus sic stantibus, id est, donec uasallus, qui oppignoraui feudo, uixerit, siue successores eius feudum obtulerint, non autem, si feudum ad ipsum dominum reuertatur. Hoc, inquam, non obstat. Quamuis enim prædictis in legibus promissio facta, propter certas quasdam, & iustas causas intelligatur, rebus sic stantibus: non tamen inde sumi potest generale quoddam, ac ueluti absolutum axioma: quamlibet conuentionem, & dispositionem accipiendam fore, rebus sic stantibus: ita ut quælibet uarietas, & mutatio postea contingens us immutet, ipsamque 23 promissionem, ac conuentionem infringat. Idque factis reuertet ex d. cap. 1. §. etsi clientulus. de alienat. feud. lib. 1. tit. 13. F. ubi habetur casus alienationis feudi, cū uoluntate, siue consensu domini à uasallo factæ. Uasallus mortuus sine descendenti- bus masculis, & quaritur: nunquid facta alienatio reuocetur, an uero subsistat? Si spectetur illud generale pronunciatum: quælibet promissio, & obligatio intelligitur, rebus sic stantibus: dicendum erit, feudum ad dominum reuerti, & alienationem rescindi, consensumque non ob stare: siquidem res non amplius sit in eodem statu. At contrarium deciditur in d. §. etsi clientulus, nimirum stabilem permanere alienationem. Hu- 24 iusque ratio est: quia secundum ipsam naturam actus, & intentionem contrahentium, & rei æquitate iudicandum est, non secundum generales quasdam regulas. Omnis quippe definitio, siue regula periculosa est. l. omnis definitio. 202. ibique Accurs. & Philipp. Matthæus num. 2. & seq. ff. de reg. iur.

25 Similiter non obstat, quod per consensus præiudicare iuri proprio ipsius consentientis non soleat, quoties interponitur, & adhibetur pro auctoritate rei gestæ, ut ualeat, l. Caius 34. ubi Paulus de Castro, ff. de pignor. action. l. cum quædam 26. C. de administrat. tutor. vel curator. ac propterea nec in præfati themate consensus domini obstat, aut præiudicat ipsi in iure proprio; atque adeo non impedit, quo minus uasallo, siue masculis defuncto, feudum libere ad illum reuertatur. Nam respondetur: consensum non obesse, aut præiudicare domino circa ius directi domini, quod habet, & habuit tempore alienationis feudi, neque circa consolidationem uilis domini cum directo, modo pignus firmum maneat. Etenim si firma non consisteret feudi obligatio à uasallo facta, domino consentiente, id 26 creditor præiudicium adferret, & naturæ rei gestæ repugnaret. Ea quæ siquidem natura contractus pignoris est, ut maneat ius firmum creditoris, donec pecunia ei persoluta fuerit. Plura argumta, quæ nostræ opponi solent sententiæ, sufficienter refutant Fachineus d. lib. 7. controuerf. iur. cap. 56. & Hartman. Pistoris

Pistoris d. quæst. 48. num. 25. & multis seqq. Pleraque etiam diluimus ad dict. §. creditor. 4. Instit. quib. mod. re contrahit. obligat. num. 191. & subseqq.

17 Addendum porro, & illud est hoc loco: quod per consensus à domino feudi oppignorationi à uasallo factæ præstitus ad uasallas quoque, siue ad id, quod interest, merito extendatur, arg. l. quæro 54. in princ. ff. locat. ubi fide-

28 infor, per cuius obligatio strictè accipienda est, in omnem causam conductionis obligatur, tardius illatatum per moram coloni pensioni uasallas prestare cogitur. Sicutigitur obligatio fideiussoris ad uasallas extenditur; ita & consensus domini, quoniam dum dominus in oppignorationem feudi consentit, in omnem causam consentire dicitur. Nec resistit quequam, quod ab aduersarijs (nempe Matthæo de Afflict. in cap. imperiali. in 12. notab. q. 8. nu. 23. de prohib. feud. alienat. per Frider. & Marino Freccia lib. 2. de auctor. & potest. Baronis erga subfeudatarum. quæst. 20. horumque assensibus negatur: dominum consentire in omnem causam, dum consentit oppignorationi feudi. Id enim concedi poterit, si adiecta certæ quantitatis taxatione consentiat; puta consentio, ut feudum oppignoretur à uasallo pro quantitate centum duntaxat aureorum. Ceterum si consentiat simpliciter, nec ad certam pecuniæ summam consensus restringatur, aliter erit respondendum, & dicendum, quod hoc casu consensus non ad

sortem tantum pecuniæ debita, sed & ad uasallas pertineat. d. l. 29. quæro 54. in princ. ff. locat. Neque recte replicat, quod non porrigi consensum ad uasallas, quæ ex mora debitoris uasalli ueniunt: cum huius culpa domino nocere non debeat. Mora namque debitoris uasalli non nocet domino per se, & principaliter, sed in consequentiam contractus pignoris, cui dominus ipse consentit. Uasallas siquidem ueniunt tunc, & in consequentiam contractus bonæ fidei post moram, ex officio iudicis l. Lucius Titius 24. ff. de posit. dict. l. quæro 54. in principio, ff. locat. Quære, supra quæst. 32. uers. Sed 30 dominus per consentiens pignori, qui contra ius bonæ fidei est, & act. inu-

d. cap. 1. in princip. numer. 2. de alien. feud. pater. Intellige tamen, quod propter simplicem pignorationem, seu hypothecam feudi non incidit uasallus in caducitatem, nisi etiam procedat ad traditionem, ut etiam dictum est in alienatione, supra quæst. 32. uers. Sed nunquid.

autem 28. Institut. de actionib. videtur consentire in omnem causam, quæ ex eo contractu nasci potuit, argum. l. si qui pro eo. 59. §. si nummos, ff. de fideiussorib. Atque ita hanc sententiam, post Ioachim Camerarium in d. cap. Imperiali m. de prohib. feud. alien. per Frideric. & Hartmanum Pistoris lib. 2. part. poster. quæst. 49. defendit Fachineus d. libro 7. controuerf. iur. cap. 57. Harpre.

c Textus est clarus, &c.] Pro hac opin. adde Aug. Hero decis. 94. num. 11. Cassan. in consuet. Burgun. ur. des freres, reg. 3. §. 8. num. 11. Soc. conf. 19. num. 12. vol. 2. ubi omnes dicunt hanc esse communem. Fallit tamen, quando feudum pignoretur pro seruitio militari, ut per Ioan. Tigr. sing. 5. num. 3. ubi alleg. Bald. in l. 2. col. 1. C. comm. de leg. Concan.

QVÆSTIO XXXVI.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Feudum an possit dari in dotem sine consensu domini.

ADDITIONES.

Dari in dotem.] Imò secundum Innoc. in cap. nuper. de donat. inter vir. & vxor. & Doct. in cap. ex parte, quos reuocauit Anguis. in consil. 46. in fine. speciale est in dote, ut feudum dari possit in dotem. Aduerte, quia forte hallucinatur Anguis. quoniam in libro meo non reperitur istud dictum suum; de feudo tamen obligato pro dotis restitutione saluo Regio assensu, uide Afflict. dec. 3. & per Cef. Orsil. ad eum. Giach.

b Quod non potest illud dare in dotem.] Uasallus feudum suum filia in dote dare non potest, aperte recte; decisum extat tit. 4. §. donare. lib. 2. F.

2 Siquidem per in dote datio quædam uenditio, siue alienatio censetur. l. sicut 8. §. sed si permiserit. 13. uers. quod si in dote dedit. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. l. lege Fautia 4. ff. de leg. Fab. de plagiar. l. non solum 22. §. si eum. ff. de liberal. caus. & quidem eiusmodi est alienatio, qua rei possessio, & dominium ad alium, puta maritum, transfertur, initio

Ex Additionibus.

- 1 An uasallus feudum suum in dotem dare filia possit.
- 2 In dotem datio quædam alienatio censetur.
- 3 Feudum nullo pacto alienari potest.
- 4 An, & quatenus uasallus feudum pro filia sua in dotem dare queat.
- 5 De fructibus feudi pater filia sua dotem constituere potest.
- 6 Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet.

QVÆST. XXXVI.

tit. Instit. quib. alien. licet, uel non l. quamuis 75. in princip. ff. de iure dot. l. prædium 23. C. eod. l. doce ancillam. 9. C. de rei vindicat. Iam per uero constat, feudum nullo pacto per uasallum alienari posse, nec in totum, nec in partes, quocunque titulo: & eos, qui contra faciunt, feuda amittere. cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & per Frid. Iacobin. de S. Georg. in sua inuestit. uerb. ita etiam quod ipsi uasalli. nu. 17. Io. Blac. in Epit. iur. feud. lib. 2. c. 1. num. 95. Sonsbecc. in Comment. in uisus feud. part. 12. num. 79. Fachin. lib. 7. controuerf. iur. cap. 77. D. Bocer. in tract. de iure, & commo. de senior. lib. 2. cap. 6. num. 190. & seq. Rudinger. lib. 1. varjar. lect. iur. feud. cap. 60. nu. 4. & seq. Rosenthal. in tract. feud. cap. 9. mēbr. 1. conclus. 8. Myning. cent. 4. obser. 86. ubi hanc sententiā, tanquā ueriorē, in Camera obtinuisse, attestatur. Harpre.

c Si ipsamet mulier, quæ est uilis domina feudi, uelit se ipsam de feudo dotare.] An per se ipsam mulier, nouum, uel paternum feudum habens, illud viro suo in dotem dare possit, post Clarum hic nostrum, abunde explicant

mis, ut dixi supra quæst. 31. uers. pone uasallus. multo minus debet ei licere illud in alium transferre pro filia sua dotanda. Secundo modo potest contingere, si ipsamet mulier, quæ est uilis domina feudi, uelit se ipsam de feudo dotare, & de hoc pariter uidetur text. in cap. 1. de inuestit. quam Titius accepit, &c. quod possit seipsam dotare de feudo. Et hæc est communis conclusio, modo duo concurrant. Primo, quod det feudum in dotem inuestitatum: secundo, quod non apponat partem de lucrando. Et ita esse communem conclusionem attestatur Curt. iun. de feud. in quarta parte principali, in 1. regul. quæst. 4. Re uera, ubi